

Psalmus

Penitens dolens de p̄ditioe taliū hominū qui more brutoꝝ animalū viuūt orat vt nolētes acquiescere arceant flagellis ad acq̄scēdū dicens: **Inchamo** ⁊ freno) scilicet maioꝝ ⁊ minoꝝ tribulatione s̄m diuersitatē culparū. ⁊ p̄sonarū (superbiam ⁊ cōtumaciā constringe) et contunde iactantiā eozꝝ (qui non app̄ximāt ad te) humiliādo se et obediendo ad nutum. Bene monui vos nolite fieri sicut equ⁹ ⁊ mulus. quia. **Multa** sūt flagella peccatoꝝ) preparata hic ⁊ in futuro maxime vbi peccatoꝝ obstinatis grauiſſima sunt reseruaſa (sperātes autem in d̄no) vera spe (m̄ia circū dabit) vndiqꝫ ne sit locus hosti ad intrandū. Quia m̄ia dicit circū dāre sperantes in d̄no: p̄beta inuitat iustos ad exultandū dicens: **O** vos iusti quibꝫ iudicia dei placent. **Letamini** in d̄no) qui iuste oībus retribuit gaudio iterioꝝ) ⁊ exultate gaudio exteroꝝ) ⁊ vos recti corde qui conformat̄ voluntatē vestram voluntati diuine (gloriamini) i domino oīa bona opera vestra ad gloriam dei referentes.

Psalmus. xxxii. In quo propheta exhortat̄ fideles laudare deum.

Exultate o iusti in d̄no) non i mūdo alias non esseſt iusti Non enī est iustus qui non gaudet in iusticia. deus autem iust⁹ est ⁊ iusticias diligit. ⁊ declarās quozꝫ laudatio sit deo accepta s̄biūgit dicēs:

(rectos decet collaudatio) recti autem dicuntur qui cōformant̄ voluntati diuine que est p̄ma reglā rectitudinis a qua qui deuiat distortus et curuus est. Circa modū laudādi deum p̄beta describēs instrumēta musice sp̄ualis quibꝫ diuine laudes sunt cantande dicit: **Laudate** d̄m in cithara) idest. in operibus actiue vite (⁊ i psalterio) idest in operibus contēplatiue vite que sursum i deū tēdit per obseruantias decem p̄ceptorū. **Cantate** ei canticum) gratie q̄ nouus homo nouus rex attulit mūdo. cātate ei qz incarnatus est: cantate quia nat⁹ est nobis. cantate quia nouam legem tēdit mūdo. cantate quia passus est. cantate quia resurrexit. quia ascendit ⁊ sedet ad d̄xtras patris. nona sunt oīa ista cantica ⁊ a prioribus iaudita (bene psallite) ei bonis operibus (leticia maioꝝ) q̄ potēsſ). **Laudate** dico (d̄no. quoniā verbum) p̄missionis eius verum est in oībus et nullū fallit (⁊ oīa opera eius fidelia) nihil enī p̄mittit sanct⁹ suis qd̄ non red dat. Bene dixi rectum est verbum d̄ni. quia **Diligit** m̄iam) et vbiqꝫ longe lateqꝫ disseminat videlicet vbi sustinet peccatoꝝ. vbi blasphemos patienter expectat. vbi vitam p̄stat indignis ⁊ his similibus diligit quoqꝫ (iudiciū) cū p̄ios sequestrat ab impijs ⁊ eozꝫ merita equitatis qualitate discernit (misericoꝝ) dia d̄ni plena est terra) vbiqꝫ terraz predicata ē. vbiqꝫ a d̄no cōcessa ē penitētibꝫ remissio peccatoꝝ. in oī re apparet ei⁹ m̄ia qz oīa ex voluntate ⁊ misericordia ei⁹ tēpēdet.